propter certa negocia sua Venetias Famati Arzuedor Krzysztowicz
et Bobrik Biedrosowicz Armeni Cives et Mercatores Leopolien
Subditi nostri Requirimus itaq ab omnibus Vicinis iure amicitiae
ut eos euntes et redeuntes cum rebus mercibus omniq comitatu ubiq
locorum hospitatu recipiant, atq libere proficisci et cursus sistere
morari patiantur debitaq humanitate prosequantur Neq aliius rei
sinistrae suspectos habeant quidquamue pestilen contagij ab eis
comuneq limitibus et locis metuant cum ex ijs locis veniant, quae
ab ea tunc per Dei nostri misericordiam libera sunt, et immunia
Gratum id nobis erit Subditis vero nostris secus fecerint Cragrta
nostra Mandamus In cuius rei etc.

Donatio iuris caduci

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos Servitiorum Generosi Pauli Szczerbicz Decretorum nostro-
rum Notarij rationem habentes eidem bona omnia mobilia et imbilia
morte Famati olim Joannis Eudle civis Leopolien non ita pridem
sterriliter defuncti quocunq modo ad nos Fiscumq nostrum devoluta
dan et donan esse duximus damusq et donamus iure perpetuo et
irrevocabilis donationis cum plena potestate et facultate eadem bo-
na omnia ubicunq locorum existentia iure repeten, tollen, debita
si quae sint emonen, et in usus suos proprios convertendi Nihil
iuris et dominij nobis Fiscoq nostro in eisdem bonis relinquendo
In cuius rei fidem etc.

Confirmatio Testamenti

Sigismundus etc. Scamus etc.

Exhibitas nobis fuisse per certos Consiliarios nostros nomine
Honestae Ursulae Famati olim Joannis Babtistae Benesla Ci-
vis Crac. relictae ad presens vero Famati Nicolai Aromatarij
Civis Crac consortis literas papireas Sigillo Civitatis Cibinien
in Regno Ungariae obsignatas Testamentum praedicti Joannis
Babtistae Benesla praedicta Ursula tunc in crudeli detentione
existente in eadem civitate defuncti in se continen sanas salvas om-
niq suspicione carentes supplicatumq nobis est quatenus easdem
autoritate nra approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem
literarum Series de verbo ad verbum talis erat Actum in Civitate etc.
Nos itaq supplication praedictae benigne annuentes literas praedict
atq adeo ipsum Testamentum quatenus iuri communi non repugnat
in omnibus eius punctis clausulis et articulis approban et confirman